·18

Michaël Mekelburg.

M. IX. 18.

2

EXTRACTUM
Quæstionum nonnullarum Theriacalium

Ante dispensationem

THERIACÆ ANDROMACHI SENIORIS

â

CASPARO PANZERO
Elector. Pharmacop.

Anno Christi 1637. Mense Septêmbr. institutam

In gratiam Medicinæ studiosorum extraordinariè

Diebus Canicularibus

Publicè propositarum & explicatarum.

â

DANIELE BECKHERO
Med. D. & Prof. Pr. &c.

REGIOMONTI,
Excusum per Paschalem Mensenium.

IN NOMINE
SACROSANCTÆ TRINITATIS.

Quæſtio Theriacalis I.

CVR inter alia pretioſisſima medicamenta compoſita, ſola THERIACA & MITHRIDATIVM publicam merentur diſpenſationem?

THERIACA AN. DROMACHI SENIORIS. PRIMA CLASSIS

2. An Plinius l. 29. N. H. C. 1. Antidotum hanc jure flagellet, quod ſit excogitata luxuriæ compoſitio, fiat ex rebus externis, nullumq́; ſervetur in ea pondus æquale?

3. Cur tanta ingredientium farragine opus ſit?

4. An & in hiſce ſeptentrionalibus locis vera confici posſit THERIACA?

Trochiſci ſcillitici.

5. An ſcillæ extractio, quam Quercet. Pharmacop. Dogmat. reſtit. p. 515. delineat, quæq́; Panſæ Tr. de 4. Antid. non diſplicet Galenicæ correctioni præferenda ſit?

II. Trochiſci Viperini.

6. An Caro Viperina, tanquam venenatum quid Theriacæ aſſocietur?

Piper longum.

7. Vtrum Piper longum, Nigrum, Album ſint unius Arboris fructus, quod nonnulli veterum ſtatuerunt?

Opium Thebaicũ

8. Vtrum Opium ob frigiditatem, quam ipſi ineſſe & veterum & recentiorum nonnulli credunt,

Theria-

Theriacalibus ingredientibus jungatur, sicq; alia calidiora castiget?

9. *An* Pansa l. c. p. 38. *effor mationem Trochiscorum Hedychr. debitè culpet?* Trochisc. Hedychr. III.

10. *An Rosæ contra Venena valeant, & quicalidæ dicantur?* Rosæ rubræ.

11. *An Iris Florentina easdem cum Illyrica, quã Galenus Lybicæ & Aphricanæ tanquam corpus cadaveri præfert, obtineat virtutes?* Iris Illyrica.

12. *An radix Glycyrrhizæ sumenda, ut vult.* Anctor. ad Pison. c. 12? *an vero cũ Iuniore Androm.* & Gal. 1. de Antid. c. 15. *ejusdem succus?* Glycyrrhiza.

13. *An per semen Napi, Raphani semen rectè explicetur cum* Bonvin. de Theriac. p. 46. *an verò rectius Raporum semen?* Semen Napi.

14. *Num nostrum scordium Cretico ad nos delato præferendum, & an succus tempore Verno expressus & depuratus loco ipsius Herbæ in hac Antidoto usurpandus, ut modum describit* Hildan. Cent. 2. observ. 94? Scordium

15. *Vtrum loco Opobalsami, quo nostrâ ætate ferè destituimur, Terebinth. aut Oleum Caryophil. aut Oleum Cinam. aut Oleum Myrrhæ, aut Ol. Hyperic. aut Balsamũ Indorum s. Toletanum. s. Peruvianum, aut Oleum Iuniper. aut Ol. nuc. mosch. expr. substituendum?* Opobalsamum.

16. *Vtrum Veterum Cinamonũ, quod Galeni seculo admodũ rarum carumq; fuit, idem sit cũ nostrate.* Cinamonum.

 17. An

Agaricus. IV. CLASSIS 17. *An Agaricus à* Quercetan. l. c. p. 534. *ex classe Theriacalium ingredientium sanis rationibus eliminetur?*

Myrrha. 18. *An Myrrha nostra correspondeat myrrhæ à Dioscorid. l. 1. c. 64. descriptæ, quod sit friabilis, levis, undiquaq; concolor, & quæ in frangendo albas, ad ungvium speciem, læves strias intus habet, amara, odorata, acris?*

Costus. 19. *An verum Costum possideamus, an verò ejus loco Zedoaria, quæ Costus Syriacus nonnullis censetur, aut Angelica virtute sua Costo respondens, aut Cortex wvinteranus substituendus?*

Crocus Corytius. 20. *An Crocus Austriacus æquipolleat Corytio? & qui ab ejus usu nimio lethalis inferri possit risus?*

Cassia lignea. 21. *An Cassia lignea eadẽ sit cum Cassia fistulari?*

Nardus Indica. 22. *An cum Plinio, Brasavolo, Manardo et aliis Radix Nardi. an cum Galeno Actuario & plurimis Spica sumenda?*

Schænanthum. 23. *An Schænanthum, cujus summittates à Camelis avidè expetuntur, maximè recens eligendum, quod cum Dioscoride exigit Bonvinius?*

Thus ἀγλάϊον. 24. *An Thus teste* Dioscor. l. 1. Mat. Med. c. 67. *à sanis haustũ insaniam, copiosius a. cum Vino potum, mortem inferat?*

25. *An Piper album hic rectè inseratur contra mentem Senioris?*

Piper nigrum. 26. *An Piper nigrum facultatem alvum solvendi habeat?*

27. *An usu esuq; dictamni Cretici sagittæ Cér-* Dictamnus
vis infixæ expellantur? Creticus

28. *An legitimum Rhapōticum Vetērum haberi* Rha-Pon
possit; an vero ejus loco Rhabarbarum à Quer- ticum
cetano eliminatum, substitui debeat?

29. *An poculis venenatis, serpentumq; ictibus* Marrubi-
Marrubium resistat? um.

30. *An Stæchas Arabica quæ Cerebro et Ner-* Stæchas
vis dicata est, Cholericis conveniat? Arabica.

31. *An loco seminis Petroselini Macedon. no-* Sem. Pe-
strum, quod est ab Apio hortensi veterum Theriacis trosel. Ma
admiscendum? ced.

32. *An Calaminthæ montanæ nostra mentha in* Calamin-
profligandis Venenis, & à serpente demorsis re- tha mon-
spondeat? tana.

33. *An Terebinthina certâ constellatione, quod* Terebint.
exigit Paracelsus, *colligenda, & qui á Resina La-* Cypria.
ricis differat?

34. *An Zingiber contra venena valeat, ut habet* Zingiber
Marggrav. l. 1. Histor. Plantar: Ind. c. 10. album.

35. *An loco Pentaphylli Tormentilla accipien-* Pentaphyl
da cum Marantha, & num illud febres fuget, si in lon.
Quartana quatuor, in Tertiana tria, in Quotidia-
na unum sumatur folium, ut quidam referunt?

36. *An Polium, de quo* Plin. 21. N. H. c. 7 *quod* V.
folia ejus manè candida, meridie purpurea, Sole oc- Polium
cidente cærulea conspiciantur, Theriacalibus tuto Cret.
jungi possit cum ut vult Diosc. l. 3. M. M. p. 112. *ca-*
piti & stomacho noxium sit.

Chamep: 37. *An Chamepithys vere dicatur Abiga Lat. quodabigat partus, & procuret abortus, ut ex* Dioscorid. l. 3. 158?

Styrax calamitha. 38. *An Styrax calamitha, de qua Plinius l. c. quod pota modicè Tristitiam animi resolvat, largius v. eandem contrahat? sit Lachryma & aliquid liquidum, ut cum* Dioscorid. l. 1. M. M. c. 65. vult Plinius l. 12. cap. 15? *an solidum quid & gummi, quod ex* Plinio l. 24. c. 6. *colligere est?*

Meu. 39. *An radix albicans, quam Pastinacæ sapor comitatur, pro Meu rectè venditetur, & num in hujus defectu Angelica, vel Imperatoria succedanei vices jure sustinere possit?*

Amomũ. 40. *An Amomum verum, quod Galenus Auro simile censet, hodie obtineri possit, & num in ejus defectu cum* Bonvin. l. c. p. 91. *Caryophill. aut cum Augustan. Sem. Citri & Hyperic. aut cum aliis Galanga, aut rad. acori substituenda?*

Nardus Celtica. 41. *An loco Nardi Celticæ Lavendula cum Columella & aliis usurpanda?*

Terra Lemnia. 42. *An Terræ Lemniæ, quâ jam destituimur, vices sigillata Silesiaca sustinere debeat, & valeat?*

Phu Ponticum. 43. *An Phu Ponticum, alias Theriacaria, æmuletur in facultatibus Valeriana nostra?*

Chamædrys. 44. *An Chamædrys, febrifuga dicta, ut cõtra Venena (nam adversus Pestẽ Hetruscos eam quotidiè devorare scribunt) ita adversus Podagram valeat?*

Folium. 45. *An folium Malabath. Indis Thalama parta aquis innatet sine radicibus, ut Lens palustris* Diosc.

l. 1. M. M. c. 11. an vero in procera arbore in Cambaya nascatur, ut habet Gartias ab horto: & an Betre Indorum idem sit: aut in utriusque defectu vel Macis cũ Venetis, aut Spica Rom. & Mac. cum Cordo, aut cum Augustan. Mac. & Cáryophill. sumenda?

46. An Chalcitis tosta s. Vitriol. á Cordo, Fernelio & Quercetano rectè á Theriaca removeantur, ob vim causticam, & saporem ingratum? Et an ejus loco Spiritus Vitrioli locum habere possit? Chalcitis tosta.

47. An Gentiana rectè dicatur Theriaca stomachi & contra morsus canis rabidi valeat? Gentiana

48. Utrum Pythagoræ fides habenda, quod non corripiatur Epilepsiâ, qui Anisum in Manibus gestat? Sem: Anisi.

49. An Succus Hypocistidis inter alias causas, ut habet Galen. additus sit Theriacæ, ut viscera roboret & confirmet, quod Iid. de Thiriac. p. 158. impugnare videtur Succus Hypocist:

50. An Carpobalsami ad nos delati legitimi sint? numque eorundem loco vel Cubebæ, aut Nux mosch. cum Bonvinio, aut Baccæ Iuniper. cũ Venetis substituendæ? Carpobalsami.

51. An quodvis Gummi loco Arabici in usum Theriacalẽ trahi possit, excepto eo, quod est ex Amygd. amar. Ceraso, aut prunis? Gummi Arab:

52. An usu seminis fæniculi serpentes senectam deponãt, nitidiusque vernent, ut tradit Plin. l. 8. N. H. c. 27. & simul oculorum aciem succo reficiant l. 21. c. 23. Semen Fæniculi.

53. Utrum destituamur vero Dioscorid. Cardamomo, quod volunt cum Smetio in miscell. nonnulli? Cardamomum.

54. An Seseli Massiliense, aut etiam nostrum Cretico præferendum? Seseli Cretic.

Succus Acatiæ. *55. An in defectu succi veræ Acaciæ, succus è sylvestribus prunis, aut cum Iouberto duplum Mastich. & Gum. Arab. substitui possit?*

Semen. Thlaspi. 56. An Thlaspi à nonnullis rectè Bursa Pastoris indigitetur, cum nec externa facie, nec internis Qualitatibus ei respondeat?

Hypericū. 57. An quia Andromach: S. non exprimit partem Hyperici, verè balsamicæ herbæ usurpandam, summitates ejus debite trahantur in usum cum Venetis?

Semen Ammi. 58. An Ammi ad sterilitatem mulierum non parum conferens, à Theriacalibus simplicibus removendum?

Sagapenū VI. 59. An Sagapenum cum Hydromelite potum fœtum corrumpens, Dioscorid: l. 3. M. M. 83. aliis Theriacalibus non admiscendum?

Castoreū. 60. An, quod & Dioscorid: l. . c. 21. annotavit, vanum sit, quod Castor in fuga à Venatoribus persecutus Testes sibi avellat, & abjiciat, quod plurimi somniarunt?

Aristolochia L. 61. An rotunda, an verò longa Aristolochia his præferenda?

Semen Dauci. 62. An Semen Dauci verum obtineri possit? An in ejus loco cum Cordo & August. Semen Pimpinellæ nostratis, aut Pastinacæ sylvestris, effigie non virtute ab illo differentis, substituendum?

Bituam Judaicum. 63 An verum Asphaltum s. Bitum Judaicum ad nos deferatur: an vi. Pissaphaltum sit, aut Mum. & quodnam horum in usum trahendum?

Opopanax. 64. An Opopanax niger & mollis removendus, albus verò & subflavus cum Dioscoride adhibendus?

Centaur. minus. 65. An Centaurium minus à Chirone Centauro sic dictum, febrifuga censenda herba?

Galbanū. 66. An Galbanum quod à Sagapeno, tanquam Cassia lign. à Cinamomo differre scribit Aut: 1. de Antid: c. 11. Ob insignem fœtorem à Theriaca excludendum.

Mel: Atti: 67. An Mel Lithvanicum viribus Attico respondeat?

Vinum Falernum. 68 An Vinum contra venena valeat?

69. Utrum Theriaca in Extracta redacta plus præstare possit, quam si vulgari modo præparata, propinetur?

70. Utrum Theriaca suas habeat ætates, Infantiā, Juventutem, Virilem ætatem, & Senectutem, ut tradit Avicenna.

Soli Archiatro Cœlesti Gloria!

.IX.18



863545 Bibliotheca 26.000,-
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
06947